UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. & II. Formalia desselben und der Reformirten Monita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1647. Majus.

& Reverſales, quibus de Religione ejusque Exercitio & inde dependentibus, cujusque loci ſubditis hucusque proviſum eſt, ſalva maneant. Quod ſi vero poſthac Princeps vel Dominus alicujus territorii ab una ad alteram harum duarum profeſſionum tranſierit, aut quovis modo Principatum aut Territorium aliquod ceperit, ubi altera profeſſio publice viguerit, liceat ipſi quidem Concionatorem Aulicum vel domeſticum ſuæ Confeſſionis, absque ſubditorum onere aut præjudicio, habere; ſed fas ei non ſit, vel publicum Religionis Exercitium, Leges aut Conſtitutiones Eccleſiaſticas hactenus ibi receptas mutare; vel Templa, Scholas, Hoſpitalia, eove pertinentes reditus, penſiones, Stipendia, ſubditis adimere; vel Juris Territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, aliove prætextu, alterius profeſſionis Miniſtros eis obtrudere: ullumve aliud impedimentum aut præjudicium alteri profeſſioni adferre.

N. V.

Dictat. Osnabr. d. 3. Maji 1647. Præſent. à Dnn. Suecicis d. 2. Maji Anno 1647.

Quia vero nonnulli in dubium vocare voluerunt, utrum ii Status, qui Reformatorum nomine vulgò vocantur, Pace Religionis comprehendantur; ideo hiſce declaratum eſto, ad hos æque ac ad cæteros Imperii Status & Pacem Religionis & præſentem Transactionem ac nominatim illam, quæ in puncto Gravaminum inita eſt, & ita quicquid in iis omnibus, inprimis de Auguſtanæ Confeſſioni addictis diſpoſitum eſt, pleno & pari Jure pertinere, ſalvis tamen ab utriusque nominis Proteſtantibus in hunc diem factis de ſtatu Religionis inter ſubditos ipſorum, Pactis & Reverſalibus. Utque nec in ditionibus, quas nunc poſſident, neque quas impoſterum quoquo Titulo acquirent, invitis ſubditis publicum Religionis Exercitium, quod tempore mutationis reperitur, utrinque immutare fas ſit &c.

§. XXX.

Endliches Project der Schweden und Evangeliſchen.

Endlich vereinigten ſich die Schwediſche Geſandten nebſt denen übrigen Evangeliſchen, des ſub N. I. hierbeygefügten von Altenburg verfaßten Projects, welches von denen biß daher angeführten Aufſätzen,

Deſſelben Unterſcheid von allen vorigen.

hauptſächlich darinnen abgehet, daß, weil vorhero die gröſte Difficultät von Seiten der Reformirten, in der *Oppoſitione Religionum* beſtanden, dieſer Paſſus nunmehro in dem gegenwärtigen neuem Project, ziemlicher maſſen in favorem Reformatorum modificiret worden. Solches Project ward den Reformirten am 23ten Maji zugeſtellt, und vermeynte man, ſie würden geſtalten Sachen nach, völlig damit zufrieden ſeyn: Alleine, dieſelbe inhærirten nicht allein ihren vorigen Poſtulatis, ſondern änderten auch vieles in ſolchem neuen Aufſatz, und ſetzten andere Puncten hinzu, wie aus denen Monitis & Additionibus Reformatorum ſub N. II. und denen beygefügten Marginalien erhellet.

Der Reformirten Monita dagegen.

N. I.

Dictat. Osnabr. d. 26. Maji Anno 1647. Præſent. d. 25. Maji 1647.

Articulus Reformatos concernens, ab Evangelicis conceptus.

Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis omniumque Imperii Ordinum con-

1647. Majus. conſenſu ſtatutum eſt, ut quicquid Juris aut beneficii cum omnes aliæ Conſtitutiones Imperii, tum Pax Religionis & præſens Transactio, in eaque deciſio Gravaminum, cæteris Imperii Statibus, præſertim Auguſtanæ Confeſſioni addictis, tribuunt, id etiam Electoribus, Principibus & Statibus, qui Reformati vocantur, una cum Ditionibus & ſubditis ſuis competere, ipſisque proceſſus contra turbantes decerni debeant: Salvis tamen ſemper & ubique Pactis, Privilegiis, Reverſalibus & Diſpoſitionibus aliis, quibus de Religione ejusque Exercitio, & inde dependentibus, cujusque loci ſubditis hucusque proviſum eſt. Præterea cum eorum, qui in Imperio Romano jam Proteſtantes nuncupantur, ſupra nominatæ duæ partes ratione Religionis diſcrepent, de Reformandi Jure ita inter utramque conventum eſt, ut, ſi aliquis Princeps, vel alius Territorii Dominus, ad alterius partis ſacra tranſierit, aut Principatum vel Ditionem, ubi alterius partis ſacra Exercitio publico de præſenti vigent, ſeu Jure Succeſſionis, ſeu vigore præſentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo, nanciſcatur aut recuperet, ipſi quidem Concionatores Aulicos ſuæ Confeſſionis, citra ſubditorum onus aut præjudicium, habere liceat; At fas ei non ſit vel publicum Religionis Exercitium, Leges aut Conſtitutiones Eccleſiaſticas hactenus ibi receptas immutare, vel Templa, Scholas, Hoſpitalia, aut eo pertinentes reditus, Penſiones, Stipendia, prioribus adimere, ſuorumque ſacrorum hominibus applicare, vel Juris Territorialis, Epiſcopalis, Patronatus aliove quocunque prætextu, ſubditis Miniſtros alterius Religionis obtrudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium directe vel indirecte alterius ſacris afferre. Et ut ea Conventio eo firmius obſervetur, ab ipſis Communitatibus præſententur Scholarum & Eccleſiarum Miniſtri, eo loco, quem ipſæ, eveniente caſu, elegerint, examinandi & ordinandi, atque à Principe vel Domino poſtea irrefragabiliter confirmandi. 1647. Majus.

Conſiſtoriales quoque, Sacrorum Viſitatores & Profeſſores Academiarum non niſi eidem Religioni addicti ſint, quæ nunc temporis quolibet in loco publice recepta eſt; Atque ita ſtatus Religionis & Miniſterii non ſolum in Templis, Scholis, Academiis, Conſiſtoriis, & aliis quibuscunque caſibus, tam ante, quam poſt ejusmodi mutationem evenientibus, idem per omnia maneat, qui vel ordinationibus publicis, longo uſu, vel alio quocunque modo jam obtinet: ſed jam obtinere cenſendum eſt, licet aliquibus, durantibus hiſce motibus, per tertios impedimentum illatum ſit. Sicut autem ſupradicta omnia de mutationibus futuris intelligenda ſunt, ita, ſi quis Auguſtanæ Confeſſioni addictus, ante aliquot Annos, cum reali poſſeſſione alicujus ditionis aut territorii, Jus Reformandi nactus ſit, ei ſuum Jus quæſitum his Pactis minime ſublatum eſto, ſed eo libere utatur.

N. II.

Dictat. Osnab d. 26. Maji Ao. 1647.
Præſent. d. 25. Maji 1647.

Monita & Additiones Reformatorum ad Articulum Reformatos concernentem.

Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis omniumque Imperii Ordinum conſenſu (a) ſtatutum eſt, ut quicquid juris aut beneficii, cum omnes aliæ Conſtitutiones Imperii, tum Pax Religionis & præſens Transactio, in eaque deci-

a) *declaratum &*

1647. Majus.

deciſio Gravaminum, cæteris Imperii Statibus (b) præſertim Auguſtanæ Confeſſioni addictis tribuunt, id etiam Electoribus, Principibus & Statibus (c) qui Reformati vocantur, *una cum Ditionibus & Subditis ſuis* competere, *ipſisque Proceſſus contra turbantes decerni debeant:* Salvis tamen (d) *ſemper & ubique* Pactis, Privilegiis, Reverſalibus & Diſpoſitionibus aliis, quibus de Religione ejusque Exercitio, vel inde dependentibus, cujusque loci ſubditis hucusque proviſum eſt.

b) *& ſubditis*

c) *& ſubditis*

d) *inter Proteſtantes*

Præterea cum eorum, qui in Imperio Romano jam Proteſtantes nuncupantur, *ſupra nominatæ* duæ partes (e) ratione Religionis diſcrepent, de Reformandi Jure ita inter utramque conventum eſt, ut ſi aliquis Princeps vel alii Territorii Dominus ad alterius partis ſacra transierit, aut Principatum vel Ditionem, ubi alterius partis ſacra exercitio publico de præſenti vigent, ſeu Jure Succeſſionis, ſeu vigore præſentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo nanciſcatur *aut recupéret*, ipſi quidem Concionatores (f) *Aulicos ſuæ Confeſſionis*, citra ſubditorum onus aut præjudicium, *in Curia Reſidentiæ ſecum* habere liceat, & fas ei non ſit (g) vel publicum Religionis Exercitium, leges & conſtitutiones Eccleſiaſticas *hactenus* ibi receptas immutare, vel Templa, Scholas, Hoſpitalia, aut eo pertinentes reditus, Penſiones, Stipendia, prioribus adimere, ſuorumque ſacrorum hominibus applicare, vel Juris Territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, aliove quocunque prætextu, ſubditis Miniſtros alterius (h) *Religionis* obtrudere, ullumve aliud impedimentum directe vel indirecte alterius ſacris adferre. Et ut ea Conventio eo firmius obſervetur, *ab ipſis Communitatibus* præſententur Scholarum & Eccleſiarum Miniſtri, (i) *eo loco, quem ipſæ, eveniente caſu, elegerint*, examinandi & ordinandi (k), atque à Principe vel Domino poſtea *irrefragabiliter* confirmandi. Conſiſtoriales quoque, ſacrorum Viſitatores, & Profeſſores (l) *Academiarum non niſi* eidem Religioni addicti ſint, quæ *nunc temporis* quolibet in

e) *ſint*

f) *pro ſe & ſuæ Religioni addictis*

g) *invitis ſubditis*

h) *profeſſionis*

(i) *non alii, quam iisdem ſacris addicti, quæ ante mutationem Domini, in quolibet loco recepta fuerunt.*

(k) *à Conſiſtorio vel Miniſterio ejusdem loci*

(l) *Theologiæ non obtrudantur*

1647. Junius.

in loco publicè recepta eſt; atque ita ſtatus Religionis & *Miniſterii non ſolum* in Templis, Scholis, Academiis, Conſiſtoriis, (m) *ſed & aliis quibuscunque caſibus, tam ante quam poſt ejusmodi mutationem evenientibus*, idem per omnia maneat, qui (n) vel ordinationibus publicis, longo uſu, vel alio quocunque modo *jam* obtinet. *Sed jam obtinere cenſendum eſt, licet aliquibus, durantibus hiſce motibus, per tertios impedimentum illatum ſit. Sicut autem ſupradicta omnia de mutationibus futuris intelligenda ſunt; ita ſi quis Auguſtanæ Confeſſioni addictus, ante aliquot annos, cum reali poſſeſſione alicujus ditionis aut territorii Jus Reformandi nactus ſit, ei Jus ſuum quæſitum, his Pactis, minime ſublatum eſt, ſed eo libere utatur. &c.*

(m) *& ubique*

(n) *tempore mutationis*

§. XXXI.

Die Evangeliſchen werden hierüber in groſſe Bewegung geſetzt.

Dieſe von den Reformirten gemachte Monita und Aenderungen verurſachten bey den Schweden und allen Evangeliſchen eine ſolche Abalienation, daß dieſe davor hielten, es würde die intendirte Einigkeit durch die gantze Handlung über ſolchen Articul mit einander nicht erreichet, ſondern vielmehr, (wie die *Formalia* einer gewiſſen *Relation* lauten,) des wahren, Chriſtlichen Glaubens Vernicht- Veracht- und Austilgung darob erfolgen, mit dem Beyſatz, ſie würden durch die Bremer in dieſen Gedancken geſtärcket, welche geſtanden hätten, daß die Reformirten durch die *jactirte* Bekänntniß zur Augſpurgiſchen *Confeſſion*, und etzliche Jahr verheelte Mißdeutung deren Innhalts, ihren Wahn in die Stadt Bremen gebracht, und nunmehro den wahren Gottesdienſt faſt gar daraus *extermini*ret hätten.

Ob dieſe Einbildung und Vorgeben würcklichen Grund gehabt habe, und ob das Exercitium Reformatæ Religionis, in die Stadt Bremen inſinuirt worden ſey, laſſen wir an ſeinen Ort geſtellt ſeyn, und kommt es auf fidem Relationis darunter an: Immittelſt verurſachte dieſes gleichwohl ſo viel, daß die Evangeliſchen Geſandſchafften gar den Entſchluß faſſeten, den paſſum de Reformatis lieber miteinander in dem Inſtrumento Pacis zu übergehen, als mit ſolchen præjudicirlichen und verfänglichen Terminis demſelben einverleiben zu laſſen; maſſen dann auch dieſe Sache einige Zeit gantz ſtill liegen blieb, indeſſen das ſub N. I. angefügte Schreiben, den Religions-Zuſtand in dem Anhaltiſchen betreffend, an die Evangeliſchen Geſandſchafften gebracht wurde.

Evangelici wollen den völligen Punct aus dem Inſtrumento Pacis laſſen.

N. I.

Præſent. Münſter *d. 14. Junii & Dictat. d. 15. ej. 1647. ſub Direct. Magdeb.*

Der Fürſten zu Anhalt Schreiben an die Evangeliſchen Geſandſchafften, den Religions-Zuſtand in ihren Landen betreffend.

Von GOttes Gnaden Auguſtus, Ludwig, Johann Caſimir und Friederich, Fürſten zu Anhalt, Graffen zu Aſcanien, Herren zu Zerbſt und Bernburg ꝛc.

Un-